



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Specvlvm Magnvm Episcoporum, Canonicorum, Sacerdotvm Et aliorum Clericorum omnium tam Secularium quam Religiosorum

Tympe, Matthäus

[Köln], 1614

161. SS. Patrum scripta diligenter legere.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51447](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51447)

Breuiter cogitat Clericus in aduersis varijs
aduersarios & certamina, varias virtutum armis
tribus coronas parere, & vti ex allisis lapidibus
gnis, ita claritatem veritatis ex persecutionibus
erumpere.

SIGNVM CLXI.

*SS. Patrum scripta secundum sacra
Biblia diligenter legere, ex iisque sa-
pientiam hauri-
re.*

1. **E**piscope Græciæ homilias Cyrilli Alex-
andrini memoriæ mandatas populis
gestu (vt ait Gennadius) recitabant.

*In appa-
tu sacer. to.
1.*

2. Ioannes III. Sueciæ Rex retulit mihi
quit P. Ant. Possseuinus) sibi, cum Cyrilli
mentarij in D. Ioannis Euangelium legentibus
sent traditi in Anglia (quod ab Erico fratre
fuerat ablegatus priusquam esset Rex) sordibus
cœpisse omnes Caluini libros vt & postea
per hæreses illius detestaretur. Sic, addit,
non experletur ex iis, qui in pediculis hæresium
inciderunt, si manus & mentes ad mouen-
tionem patrum, non abibit longius, cum rati-
illa (potius quam scripta) hereticorum ab iis
& probum aurum doctrinæ Catholicæ præ-
præstigijs chymicis amplectentur.

3. R.R. P.P. Soc. Iesu Patrum libris in his
cum sanctis interpretibus Bibliorum per-
ctant, quorum in scriptis nil putidum est, nisi

...ile, omnia grauia, seuera, fructuosa, salutaria
...unt.

4. B.P. Ignatius Layola vult vt PP. Soc. suæ com-
pendium aliquod colligant communium locorū
contra vitia, deque remediis eorum, de virtuti-
bus de præceptis, &c. Haud dubie autem voluit
eos eximia quædam & illustria & SS. Patribus
excerpere.

*Const. p. 4.
c. 8. de mo-
do conscri-
bendi locos
communes.
V. Lauren-
tium de
villa Vin-
centio in li.
4. de for-
mando.
Theologia
studio.*

SIGNVM CLXII.

Paupertatem amare.

1. Filius Dei Dux & antesignanus Clericorum
cum diues esset, factus est pro nobis ege-
rus atque etiam mendicus. Atque hanc pauper-
tatem, ait S. Bern. ser. 4. de nat. Dom. statim in or-
tu in corpore suo dedicauit, cum infans in alieno
stabulo natus est, panis alienis inuolutus, & in
alieno præsepio positus. Huic pauperi initio re-
spondit reliquis vitæ progressus. Nam cum vul-
pes habeant foueas, & volucres cæli nidos, ipse
non habebat vbi caput reclinaret (Matt. 8. 20. at-
que etiam exitus cum nudus in cruce expi-
tauerit & in alieno sepulchro conditus sit.

*2. Cor. 8.
Ps. 39.
Phil. 2. 7.
Formam
serui, &c.*

2. Princeps Apostolorum exclamabat (Matt. Syr. 31.
19.) nomine omnium Apostolorum: *Ecce nos re-
liquimus omnia, dicebat etiam Act. 3. aurum & ar-
gentum non est mihi.*

*Beatus,
&c.*

3. Paulus ait de seipso 2. ad Cor. 11. in fame
& siti, in frigore & nuditate, & de reliquis

Sf 2 Apo-